

Ventriculum expurgat, & quæ illi penitus inherent excrementa: detergit item & pectus à pituita lentore. Datur magna
juvamento aqua intercutie laborantibus: item elephantiacis, & Gallica lue affectus: quin & hi, qui morbis ab exustis hu-
moribus provenientius sunt obnoxii. Prodest diuturnis febribus, & in universum ubi putra redundat: verum qui su-
munt cavere debent à piscium esu, & australi statu. Sed jam ad Tripolium nostra redeat oratio. Reperio hac in historia
non parum hallucinatum esse Plinium lib. 21. c. 7. ubi turpiter Tripolium cum polio herba confudit, adeo ut afferere non
dubitaverit, polium ter in die foliorum mutare colorem. Id quod de Tripolii floribus tradidere tum Dioscoridum antiquorum
reliqui. Tripolii quàm brevissimè meminit Galenus lib. 8. simpl. med. ita scribens: Tripolii radix gustanti acris est, & sa-
cultate calida in tertio excessu. Quod Græci τριπόλιον, Latini quoque Tripolium dicunt: Itali, Tripolio.

Plinii la-
pus.
Tripolii
vires ex
Gal.

A' δ'ιαντον.

ADIANTUM.

CAP. CXXXI.

a Meum
μελαν, i. nigrum
vali-
dum, tenues

Adianton, polytrichon, pusilla gerit folia, similia coriandri, in summo incisuris divisa, cauliculi, qui-
bus exoriuntur, a nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: radice supervacua neque caulem, ne-
que fructum, neque florem profert. Decoctum herbae potum, prodest spirandi difficultati, suspiriosis,
lieni, & felle suffusis, & urinæ difficili: calculos frangit, alvum sistit, serpentium moribus auxilio est:
contra stomachi fluxiones in vino bibitur: secundas ciet, & menstrua: sanguinis rejections inhibet.
Contra serpentium morsus cruda herba illinitur, alopecias densat, strumas discutit: furfures, & manan-
tia capitis ulcera ex lixivio emendat: defluentes capillos continet, cum ladano, & myrtino, & fusino,
aut hyssopo, vinoque. Decoctum ejus cum lixivio, & vino infusum, idem præstat. Coturnices, & gallina-
ceos pugnaciores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia utilitatis pecorum circa ovilia. Umbro-
sis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur.

I. ADIANTUM.

* II. ADIANTUM SYRIACUM. *



Τριχομανές.

TRICHOMANES.

CAP. CXXXII.



a Meum
μελαν, i. nigrum
vali-
dum, tenues
Adianti,
& Tri-
choma-
nis con-
sideratio.

Trichomanes nascitur eisdem in locis, quibus adianton: filici simile, sed a exilius: foliis lenticulæ,
tenuibus, in ordinem utrinque digestis, adversis in se, ramulis tenuibus, acerbis, & fusco colore splen-
dentibus. Eadem quæ & adianton præstare posse constat.

Adiantum officina Capillum Veneris appellant. Duo ejus genera Theophrastus assignavit libro 7. capit. 13. de plantarum historia, ubi ita scriptum reliquit: Adianti folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhæsisse humo-
ris constat: unde & nomen herba accepit. Genera ejus duo, candidum, atque nigrum. Ambo ad deflavium capillorum utilia,
oleo trita. Nascuntur maxime locis humidis: hac Theophrastus. Cui subscribit Plinius: licet confusè satis, libro 22.
capit. 21. dum sic inquit: Aliud Adianto miraculum, æstate viret, bruma non marcescit, aquas respuit: persusum mer-
sumve sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur unde & nomen à Græcis. Quidam callitrichon vocant, aliapo-
lytrichon, utrunque ab effectu. Duo ejus genera, candidius, & nigrum, breviusque. Id quod majus est Polytri-
chon, aliud Trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis filicis, ex quibus inferiora aspera, ac fusca sunt:
omnia

III. TRICHOMANES.



omnia autem contrariis pediculis densa inter se ex adverso: radix nulla. Umbrosas petras, parietumq; aspergines, ac fontium maximè specus sequitur, & saxa manantia: quod miremur, cum aquas non sentiat: ita Plinius. In quibus nimirum verbis manifestè deprehenditur ipse Plinius Trichomanes, quod & Ficulam appellamus, in secundi Adianti locum retulisse, quippe qui perperam fortasse acceperit Theophrasti sententiam, à quo illa mutuatus est. Nam Theophrastus, ubi de utroq; Adianti genere differuisset, eodem loco citato statim de Trichomane hæc verba subiunxit: Trichomanes vel ad distillationes urinae unice facit, ut aliqui existimant. Caulem hæc adianto nigro similem gerit, folia admodum parva, densa: adversa, inter sese condita: radicem minimam. Loca amat opaca: hæcenus Theophrastus. Ex quibus liquido apparet, Theophrasto Trichomanes, quod Ficulula à Theodoro vertitur, nullum Adianti genus esse, sed per se sui generis plantam: quod cum Ficululam dixerit cauliculum ferre nigro adianto similem: clarissime ostendit, candidum Adiantum cum Trichomane nullam habere cognationem. Hinc itaq; facile crediderim, Adiantum nigrum, quod caule siliculam referat, nobis legitimum esse, id sane intelligens, quod Capillum Veneris passim nominant. Candidum vero eam plantam esse aliquando putavi, quæ una cum Trichomane in petris, parietum ac fontium asperginitibus, specubus, & humentibus locis nascitur: foliis nigricantibus minutim laciniatis luteas maculas quam plurimas aversa parte habentibus: caule viridi, gracili, flexiliq;: quam nonnulli, eo quod foliis rutam amuletur, & in muris proveniat, Rutam murariam cognominant, alii Saxifragam dicunt. Sed nunc equidem hanc eandem cum Paronychia Dioscoridis esse opinor, ut etiam superius in sua mentione monuimus. Ceterum Fuchsius, hæc herbam pro Saxifraga Dioscoridis depinxit in suis de stirpium historia commentarum. Verum quod hæc folio consset rutæ illa verò thymi, cur planè ejus sententiam comprobem, non habeo. Adianti meminit Galenus lib. 6. simpl. medic. sic de ejus viribus scribens: Adiantum in caliditate quidem, & frigidityte symmetrum est, verum desiccatur, & extenuatur, & dissolvitur. Etenim alopecias capillis vestit, & strumas & abscessus digerit, lapidesq; frangit epotum. Viscosum, crassumq; è pectore pulmoneq; excretionibus non mediocriter confert, & ventris profuvisum sistit: non tamen ullam manifestam caliditatem affert, sicut nec frigiditytem. Verum posuerit ipsum quispiam secundum hanc oppositionem, & temperiem in ordine medio. Trichomanis autem meminit lib. 8. eorundem simpl. medic. ubi describens Dioscoridi, hæc tantum retulit: Trichomanes eadem præstat, quæ adiantum: hæcenus Galenus. Porro Adiantum, ut Mesues inter sua simplicia refert, alvum subducit, bilem, & pituitam deiecit, crassaq; excrementa, quæ diu interioribus inhaere. Pectus & pulmonem detergit sanguinem clarificat bonum facit halitum, animam dilatat, & jecur & ventriculum purgat, præsertim si obstructione laborent: tamen si adeorum infarctus potentius sit ejus dilutum ex apii, aut endivie aqua paratum, aut ex cicero nigro jure, aut caprino sero. Sed si addatur saccharum, lateris inflammationes sanat, & urinam trahit. Ejus præterea decoctum frequentius potum calculos frangit, & feminas a partu purgat. Hos autem effectus præbet calida tantum facultate, quæ illi inest. At adstringente vi, quæ etiam nimis pollet, defluxiones inhibet: fluentem sanguinem sistit, ventriculum roborat, & capillorum defluxum usq; adeo emendat, ut non modo eos cohibeat, sed & renasci faciat, præsertim emplastri modo impositum, myrrino oleo, ladano, & austero vino additis. Idem præstat & combusti cinis, quinetiam ejus ex vino decoctum, fursures riteratis lotionibus depellit. Ejus cinis hæc omnia potest, & agilopas curat. Ipsius diluti libra epota commodissime alvum subducit. Herba, quæ Græcis ἀδίαντρον, Latinis pariter Adiantum nominatur: Officinæ, Capillus veneris. Arabibus, Berscegnasceen, seu Bersausan & Chulbare albir: Italis & alijs, ulgò, Capell veneris: Germanis, Brauwenhaar: Hispanis, Culantrillo de pozos: Gallis, Capil veneris. Quæ verò τοξοποις Græcè, Latine Trichomanes, Polytrichum & Callitrichum dicitur: Italis & Officinæ Politrice: Germanis, Eckenbrech: Hispanis, Politrice Gallis, Polytricen.

Adiantum duplex proposuimus, Gallicum, quod Monspelio ubi provenit, Lugdunum (quare Lugdunense dictum) adfertur, & Orientale. I. Adiantum Matth. Fuchf. Turn. Anguil. Lac. Dod. gal. & fol. Lobel. Castor. Lugdun. Adiantum magnum, Trag. Adiantum candidum, Fuchf. in icon. Adiantum nigrum, Cordo in Diosc. & hist. Adiantum nigrum verum, Tab. Capillus veneris vulgo & Mesuæo, Cæsalpino, Callitrichon Apuleii. II. Adiantum Syriacum Tabernæmontano. III. Trichomanes Matth. Trag. Fuchf. Turn. Lac. Dod. gal. & fol. Cordo in hist. & Dioscor. (cui & Polytrichon pharmacopœorum) Gesl. hort. Anguil. Lob. Lug. Cam. Trichomanes mas, Tab. Trichomanes nigrum, Thalyo. Adiantum rubrum, Lonic. Polytrichum vulgo, Cæsal. Saxifraga minor prima, Brunfello.

Z. d. v. d. i. v.

XANTHIUM SIVE LAPPA.

CAP. CXXXIII.

Xanthium nascitur læto, & pingui solo, & lacubus exiccatis, caule cubitali, anguloso, pingui, prodeuntibus ex eo crebris alis: folia atriplicis habet, insecta, nasturtium odore imitantia: fructum grandis olivæ modo, rotundum, & ut Platani pilula, spinosum, qui contactu vestibus adhærescit. Is ante collectus quam perfectè siccescat, tunditur, & fistili vase reconditur. Flavos autem facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madescat, mox caput, in nitro antè perfriatum, illinatur. Alii in vino tundunt, & ita asservant. Semen aptissime tumoribus imponitur.

A A A A

Xan

XANTHIUM.

Xanthii
cond.Xanthii
vires ex
Gal.

Nomina.



rina herba ægilopis medetur, duritias discutit. Succus farinæ admixtus siccatur, & eorundem gratia reponitur.


Ægilopis
cond.

Nascitur frequens Ægilops inter segetes, sed frequentissima inter hordeum, folio tritici, culmo pratensis, in cuius cacumine bina ternave rubra semina dependent, putamine ac etiam figura hordeum referentia, breviora tamen, tumentia,

I. ÆGILOPS. I.



II. ÆGILOPS II.



striata

Xanthium, quod vulgus Lappam minorem cognominant, omnibus vulgarissimum est: quandoquidem publicum ubique semitis, & exiccatis scrobibus, lacubusq; nascatur. Hinc meo quidem iudicio, omnes conveniunt notæ nulla prosus reclamante, quæ Xanthio à Dioscoride tribuuntur: nam præterquam quod caulem gerit angulosum, ac pinguem, folia, quæ ei subalbida sunt, ac triplicis effigiem referunt, per ambitum serrata, nasturtium odore imitantia. Prodeunt etiam e caule ramuli, quibus racematim fructus olivæ figura dependet, aculeatus ceu platani pilula, qui maturescens, cum tangitur, vestibus pertinaciter adheret. Paucis admodum huius herbæ vires descripsit Galenus lib. 8. simpl. medic. sic inquit: Xanthium vocatur etiam phasganium. Fructus discutiendi vim obtinet. Hæc planta Græci ξάρδιον appellantur: Latini quoque, Xanthium. Italis, Lappola minore: Germanis, Bettlerseiwur/und Spießfetten: Hispanis, Lappa menor: Gallis, Gloton, & Grappellæ.

Xanthium: Matth. Fuch. Turn. Dodo. gal. & fol. Cord. in Diosc. & hist. Lac. (cui & Bardana minor) Gef. hort. Lon. Lob. Cæsal. Castor. Thal. Lugd. Lappa minor, Brunf. Trag. Taber. Dicitur & Strumaria, unde Aëtius Chæradolethron & Philanthropon nominari scribit.

Αἰγίλωψ. ÆGILOPS SIVE FESTUCA. CAP. CXXXIV.

Ægilops herbula folia tritici habens, sed molliora, in summo capite semina bina ternave rubra, quibus aristæ quasi capillaceæ exeunt. Illita cum fa-

GALEGA, SIVE RUTA
capraria.

Galega.

Ruellii
opin.
explosa.Glaucis
vires ex
Gal.

Nomina.



foliis oblongis, in ordinem utrinque digestis, ciceris modo sub-
ter cassis, superne viridibus flore purpureo, parvo, siliqua te-
rete, non in aduncum ut semi graci corniculata. Hæc est Ru-
ellio teste nullum apud Gallos invenerit nomen, a quibusdam
(ut superius libro tertio commentati sumus, ejusq. hic nunc
imaginem damus, cum ibi sit prætermissa) GALEGA, ab aliis
Ruta capraria: in Hebræa verò vulgò appellatur Lavane-
se, sive ut quidam alii Lavamani, quod prope rivos aquarum
nascatur, ubi manus lavantes rustici hac planta saponis vice
sibi sordidum lutum abstergunt. Verum cum videamus hu-
jusce plantæ flores, & caules, qui se quandoq. ad bicubitalem
altitudinem attollunt, Glaucis faciem non representare, co-
gimur dicere Ruellium hac in re hallucinatum deprehendi:
præsertim quod Glaux, Dioscoride & Plinio authoribus, in-
venitur juxta mare: Galega verò in uliginosis locis, in sero-
bium aggeribus, in montibus, & deniq. passim sæpe provenit.
Huic plantæ recentiores assignant vires non vulgares contra
pestilentiam, & venenosorum animalium morsus: in quo-
rum remedium herba per se estur, atq. etiam exterius illini-
tur. Sunt & qui eam morbo comitiali laborantibus auxi-
liari prædicent: in quem usum ejus succum exhibent, dra-
chmarum quatuor pondere. Quod autem hæc extinctum lac
revocet, ad quod Glaux à Dioscoride commendatur, non e-
quidem ausim asserere, cum nullum inveniam, qui Galegam
his viribus præstare testetur. Glaucis meminit Galenus lib. 6.
simplicium medicamentorum, de ejus viribus differens in
hunc modum: Glaux herba, & ipsa lactis generandi vim ob-
tinere videtur. Quod si ita sit, calida quodammodo, humi-
daq. fuerit temperamento. Ea aquæ Græcis γλαυξ, atq. La-
tinis Glaux appellatur.

Galegam supra lib. 3. cap. 48. descripsit: quæ di-
citur Galega sive ruta Capraria. Matth. Lac. Castor.

Lugd. Camer. Galega, Dod. gal. & fol. Gesner. hort. Lobel. Lonic. Ruta Capraria Ges. hort. Tab. & Fœ-
nugræcum sylvestre, Onobrychis, Gef. & Fracastorio. Caprago vulgo, Cæsalp.

Πολύγαλον.

POLYGALA.

CAP. CXXXVII.

Polygala palmi altitudinem petit, foliis lenticulæ, gustu adstricto. Quæ pota, lactis abundantiam
facit.

I. POLYGALIA.

* II. ASTRAGALUS ALPINUS. *



Poly.

Polygala cuius hic imaginem appinximus, misit ad me Verona Franciscus Calzolarius pharmacopæus insignis. Provenit in collibus apricis, & incultis locis. Quæ an legitima sit, pro certo decernere non ausim, quod tam pauca ejus traduntur notæ, tum à Dioscoride, tum etiam à Plinio, ut non facile aliquid certi de ea determinari possit. Verum quoniam hæc planta palmarem longitudinem non excedit, & folia lenticula habet, & gustu est adstricto, facile adducor ad credendum, eam legitimam esse polygalam: & præsertim cum ipse Calzolarius scribat, multiplici sibi experimento constare, hujus plantæ usum lac in mulieribus copiosum provenire: mihi plane incomperta est: neq. id temere fateri licet, quod tam pauca ejus traduntur notæ tum à Dioscoride, tum etiam à Plinio, ut admodum difficile sit decernere, quæ nobis hodie sese offerat planta, cui Polygala nomen recte competere possit. Hæc Græcè πολυγάλα, Polygalum quoque & Polygala Latine dicitur. Italis Poligala.

Polygalæ confid.

Nomina.

I. Quam Polygalam censuit Matthiolus, eandem Lugd. & Tabernæmontanus sub ipsius nomine posuere, verum Castori Astragalus dicitur, & Lobelo Astragaloides herbariorum, Astragalus fortè Matthioli, vel jam demum Polygala ejusdem. II. Astragalus alpinus. D. Cam. in locum Polygalæ Matthioli hanc substituit, quam imitatus Gesnerum, Polygalum vocavit, quæ Astragali Monspeliensium nomine à Clus. hist. Hispanica proponi videtur, & in Lugdunensi historia Astragalus purpureus dicitur.

Osyris.

OSYRIS.

CAP. CXXXVIII.

OSyris frutex est niger, ramulos ferens tenues, lentos, fractuque contumaces: & in his folia quaternaria quina, senave, ceu lini, nigra initio, dein colore mutato rubescentia. Decoctum ejus potum juvat arquatos.

O S Y R I S.

OSyris, quod foliis, & caule lini faciem representent, officinus Linaria appellatur. Nasitur ferè ubique in campis, & agrorum aggeribus. Hujus flores, quos tamen omisit Dioscorides, numerosi à medio usque ad summum visuntur, sylvestri eumini secundi generis modo, verum in hoc purpurei sunt, in illa sublutei. Sunt tamen qui velint, Osyrim eam esse plantam, quam vulgò nos appellamus Belvedere, quod belle densissimeq. fructet, vireatq. per æstatem, non solum in hortis, & viridarius sata, sed etiam in fœtibus ornandi fenestras gratia. Qui verò ita existimant, eo ducuntur argumento, quod hæc non modò crescat foliis lini similibus, sed quod etiam nunc seratur à multis ad scopas ex ea parandas. Quandoquidem id à Galeno dictum volunt in simplicium censu, ubi verbum νοσφάρτα (ita enim legendum est, non autem ναοσφάρτα, ut male habent codices) non solum medicamenta quæ faciem venustant: verum etiam scopas Græcis significare arbitrantur, quemadmodum & Cornarius in Actio interpretatur. Quorum equidem sententiam non prorsus improbandam censeo, quoniam palam est, hanc plantam foliis lini referre, & ad scopas conficiendas aptissimam esse: tamen si Dioscoridis placitis ea non admodum adstipuletur, sicut nec alia vocata Linaria, quod neutrius folia è nigro, quod viderim, in rubrum mutantur, quodq. harum ramuli longè plura habeant folia, quàm quina, vel sena. Vidi quoque alias plantas, quas, non deerant, qui legitimam facerent Osyrim: verum cum etiam in his nonnullæ desiderarentur osyridis notæ, non libuit eorum probare sententiam. Osyridis historiam tradidit etiam Plinius libro 27. cap. 12. ubi ita scriptum reliquit: Osyris ramulos fert nigros, tenues, lentos: & in his folia nigra, ceu lini: seminaq. in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens: hæc Plinius. In quibus, meo iudicio, lapsus deprehenditur ipse Plinius, quod iis

Osyridis confid.

Belvedere.

Plinii lapsus.



notis depinxerit hujus plantæ semen, quæ foliis reddidit Dioscorides, à quo tamen Plinius illa mutuatus est. Tamen si hoc loco Linaria herba vulgò vocata imaginem appinximus vulgum secuti, non ob id tamen ipsam legitimam Osyridem facimus. De viribus Osyridis Galenus lib. 8. simpl. medic. disseruit iis verbis: Osyridis, inquit, herba ex qua νοσφάρτα (sive scopas, sive medicamenta, quæ cutem exterunt, & lavigant, interpretetur) fieri solent, amara in eis qualitas, & obstructions expediendi facultas: quare & in jecinore consistentes obstructions adjuvat. Herba hæc νοσφίς Græcis, Latine item Osyris dicitur: Germanis Harn Kraut: Italis pariter & Hispanis, Linaria: Gallis Linaire.

Osyridis vires ex Gal.

60 Linaria vulgaris lutea flore majore hic proposita, an Osyris, imò an Antirrhinum Plinii sit meritò dubitatur: dicitur Osyris, Matth. Fuchf. Turn. Dod. gal. Lac. Cord. in Diosc. Lob. Lug. (cui & Urinalis & Urinaria) Castor. Osyris major, Taber. Linaria, Brunf. Linaria prima, Lon. Dod. fol. Linaria vulgò, Gef. hort. Cæfal. Linaria vulgaris, Cam. Pseudolinum, Brunfello.

Σμύλας ἄσπερα.

SMILAX ASPERA.

CAP. CXXXIX.

Smilax aspera, folia habet periclymeni: sarmenta tenuia, multa, rubi modo, aut paliuri aculeata: arborescunt, ab imo ad summa perreptans, se cōvolvens eis, a fert racemos exiles, qui maturi rubescunt, gustum.

Meum κακόν ἐξ ἑσπερίων ἵ, fructum habet racemosum, gustum.

I. SMILAX ASPERA.

a Meum
& Cat.
πάραι
πινυλ-
λακα.ι.
per to-
tam smi-
laxem.
b M-u-
πινυλ-
λακα.ι.
utrunq;
etiam
obolo-
rum At-
ticorum.
Smilacis
asperæ
hist. ex
Theoph.



II. ZARZAPARILLA.

Zarza-
parilla.



Smilacis
lævis
historia.

id à mea non dimoveor opinione, nempe ut ha planta genere, ita & viribus non differunt. Quæ autem Sm lax lævis appellatur, si ea non est, cuius hic iconem expressimus, alia sanè in præsentia ad manus non est, quæ magis levem smilacem referat quàm hac in qua nihil desideratur, præterquàm seminis facies, quæ nullam prorsus cum lupino conformitatem

gustumque leniter mordent. Nascitur in palustribus, & asperis: radice dura, crassaque. Folia & acini, & antè, & post poti, venenosorum antidota sunt. Tradunt, si infantibus nuper in lucem editis, quid ex his tritum propinetur, nulla postmodum venena nocitura. Inciditur etiam ad alexipharmaca, id est, ad ea medicamenta, quibus venena arcentur.

Σμίλαξ ἁείρα.

SMILAX LÆVIS.
CAP. CXL.

10

Lævis Smilacis folia hederæ similitudinem habent, molliora, læviora, tenuiora: hujus sarmenta supradictæ similia, nullis horrent spinis: convolvitur arboribus, ut prior: fructum parit lupini modo nigrum, exiguum: floribus in a cacumine perpetuis, multis, rotundis. Hac Smilace, quadam topiariorum arte, tentoria contra æstus molestiam faciuntur: folia per 20 autumnum decidua. Semine cum Dorycnio poto, b ternis singulorum obolis, varia & tumultuosa in somnis observari traduntur.

Smilax aspera Hetruscis Hedera spinosa, sive Rubus cer-
vinus nominatur. Hanc diligentissime persecutus est Theo-
phrastus libro tertio capite ultimo de plantarum historia, ubi
ita scriptum reliquit: Smilax, id est, hedera Cilicia, am-
plexicaulis ipsa quoque assurgit, frutex aculeatus, & velut
præhorridus: solum hedera parvum, sine angulo, juxta pedi-
culi retinaculum humectum: peculiare, quod medium illum
callum, qui instar spine animantium secat, prætenuem habet,
& intervalla staminea, non ex eo porrecta, ut cætera, sed cir-
ca eum in orbem circumacta, ab annexu pediculi ducit, ad cau-
lem verò foliorum internodia consummantem: julus ab eisdem
pediculis atque folia, tenuis, seque convolvens dependet. Flos
candidus, suaviter olens, verno proveniens tempore, fructus
proximus Solano, atque Melothro, & maxime uva labrusca
vocitata. Racemi pensiles ut hedera sunt, verum ad la-
bruscæ potius accedunt, nam de eodem puncto pediculi aci-
norum exeunt. Colore fructus rutilus est: nucleos in univer-
sum quidem binos continet, quanquam grandior ternos, &
parvulus unus. Nucleus durus admodum est, & colore so-
rinsecus niger. Peculiare racemis, quod per latera caulium sere-
punt, postremoq; caulis racemum omnium maximus propendet,
sicut in rhamno, & rubo: unde fit ut extremo fructifera, & la-
tere largè fructifera ista spectetur. Hactenus Theophrasti de
Smilace aspera sententia. Hanc ejus radice esse plantam affir-
mant, quam Hispani Zarzam parillam vocant. De qua cum
superius primo libro ubi de ligno Guajaco egimus, latius scri-
ptum sit, hic eadem repetere haud operæ pretium esse censimus,
siquidem eo se conserre poterunt lectores, qui Zarzaparilla
historiam, & vires legere voluerint. Zarzaparilla plantam,
cujus imaginem hic appingi curavimus, misit ad me Cypro-
dum hac commentaria prælis subessent, Bartholomæus Rhod-
leus medicus, & rei plantaria peritus, atque etiam Constan-
tinus Sylvestrius pharmacopæus Ariminensis: atque eam ob
causam legitimam Zarzam parillam hanc plantam esse pu-
tamus, quod omnibus suis notis alteram referat, quæ ex Hispa-
niis antea transmissa fuerat. Verum tamen si foliis habeatur
aspera smilacis, iis tamen minora, & aversa parte minimè
aculeata spectantur: quin etiam nec viticula spinis rigent. Quo
fit, ut jam fateri possim inter Smilacem asperam & Zarzam
parillam nonnullam intercedere differentiam. Ceterum ob
formitatem

40

50

60

III. SMILAX LÆVIS.



IV. LUPULUS.



formitatem habet, non ausim tamen legitimam affirmare. Hac itaq; ubiq; ferè provenit sed præsertim in Hetruria, ubi passim frequentissima invenitur. Incola eam vulgo vocant Villucchio maggiore. Hac foliis asperam quadantenus imitatur, nec secus ac illa arbores scandit, seq; convolvit eam, proxima quaq; vinciens: verum sarmentis, sive ramulis constat, non ut altera horridis, aculeatisq; sed levibus, flexilibus, ac lentis. Flores profert candidos, calathi effigie: e quibus semen prodit atrum. Officina hanc plantam Volubilem nuncupant. Cujus tamen plura Mauritani habentur genera, quorum unum illud est, quod LUPULUM appellant. Hujus et si apud medicos et atis nostra frequentissimus sit usus, addaturq; ab ijs in quam plurima medicamenta, nihil tamen de eo, quod equidem invenerim, Galenus, & Dioscorides, aliq; veteres tam Græci, quam Latini authores, posteritatis memoria prodiderunt: quanquam non desunt, qui velint, hunc Plinio esse Lupum salictarium, ab eo hoc tantum nomine demonstratum lib. 21. c. 15. atq; ibi inter eas herbas connumeratum, quæ spontè nascuntur, quibusq; pleraq; gentium utuntur in cibis. Lupulus itaq; in Germania, Bohemia, Polonia, & in alijs Septentrionalibus regionibus magna sanè cultura in campis alicur, ad cerevisiam conficiendam. Nam absq; lupuli folliculis ea parari nequit. Duum est genus, sativum & spontè proveniens. Hoc in sepibus, & frutetis provenit, illud in campis feritur, adactus subinde palis, quibus se circumvolvitur. At facie inter se non differunt, præterquam magnitudine & exilitate: quandoquidem sativum omnibus suis partibus adultius est. Planta est arbores scandens & contexendus perguis aptissima: foliis vitigineis Bryonia modo, modò ternis, modò quinq; divisuris circumstantibus, asperis, ut in cucumere, Sarmenta habet prælonga, aspera, hirsuta & quadantenus aculeata. Flores edit subpallidos, racemososq; & folliculos numerosos, exiles compactili quadam serie dependentes, in quibus atrum, & amarum concluditur semen. Lupuli flores folliculi & radices, Lupuli vites, excalfaciunt, siccant, aperiunt, extenuant, absterunt & expurgant, sanguinem mundant. Atqui turiones, quibus elixis utimur in acetariis, cum plus humiditatis habeant, parum quidem, tum excalfaciunt, tum siccant. Sunt tamen sumentibus & cibis, & medicamentum. Namq; sanguinem mundant, ventrem solvunt, in cibum sumpti ubi prius probè fuerint elixi, obstructions aperiunt, nec parvam cum palato ineunt gratiam. Florum, & folliculorum decoctum datur commode potandum contra hausta venena, scabiem, Gallicam litem, & ceteros quosq; affectus, qui extimam cutim inficiunt, nempe lichenes, serpigines, impetigines, albos & hujusce generis alios. Datur & in febribus diuturnis, à jecinoris infarctu provenientibus. Semen tritum, & potui datum semidrachma pondere, interaneorum animalia necat. Menses provocat, & urinam pellit. Flores, & folliculi in defensionibus additi, præstant ad induratos, & tumidos sanarum locos: & ad eos qui difficulter urinam reddunt. Lupuli vocati latius meminit Mesues inter sua dejectoria facultatis medicamenta, ubi hæc ad sensum habet. Est & aliud Volubile genus quod LUPULUS appellatur, folia habens aspera, cucumeris modo: flores exilibus folliculis squamatis compactos, racematimq; dependentes, colore subcinereo. Hinc flavam bilem detrahunt, sanguinem ab eo expurgat, & ejus inflammationes extinguit. Sero caprino maceratur, & exhibitus, paulò valentior redditur. Succus cum saccharo decoctus syrupi modo, regio morbo laborantibus medetur. Sed profecto mirum est, quòd eo nostra atatis medici tam parè raroq; utantur, cum tamen præstantissimum sit medicamentum, quandoquidem tum herba ipsa per se, tum etiam succus potentè admixtus, capitis dolorem à caliditate contractum tollit. Femoris, & ventriculi æstus mitigat. Syrupus ex saccharo, & ejus succo paratus, utilissimè exhibetur in febribus à bile, & sanguine excitatis: hæc Mesues de Lupulo. Cæterum ad institutum nostrum revertamur. Smilacis utriusq; vires tradidit Galenus libro 7. simpl. medicamentorum, sic inquit: Milax (sic enim Smilacem vocat Galenus) aspera claviculis plena est, ita ut variè sursum deorsumq; arboribus circumvolvatur. Folia gustata aliquid habent acrimoniae, & alioqui si Gal. illis utaris, calefaciunt, Milax lævis facultate quodammodo prædicta similis est. Planta qua Græcis σμίλαξ τρεχάνα, Lat. Nomina. Bbbb nū Smi-

nis Smilax aspera, & Hedera Cilissa vocatur: Italis, Hedera spinosa, & Rono cervino, Germanis, & Harpfe Winden: Gal-
lis, Tan, sive Smilax aspre. Quæ verò quidam ἀά Grace, Smilax lavis sive lenis Latine dicitur: Italicè, Vilucchio maggiore:
Germanis Winden oder Zaunglöcklein: Hispanicè, Correguela mayor: Gallicè, Liset major seu Campanette. At Lupu-
lus, Italis, Lupolo, Brusandolo, seu Forancefo: Germanis, Hopffen: Gallis: Honblon.

Smilax, aspera est & lævis, utriusque & suæ differentia. I. Smilax aspera fructu rubente, C. B. Smi-
lax aspera, Matth. Fuchf. Turn. Dod. gal. & fol. Cordo in Diosc. (cui & hedera cilissa) Ges. hort. Lac. Lob.
Cast. Cæf. Tab. Cam. Lug. cui & Volubilis acuta vel pungens. Smilax aspera vera, Trag. Smilax aspera
fructu rutilo, Clus. hist. Hisp. Volubilis aspera, Lonicer. II. Smilax aspera Peruviana seu Salsa parilla,
de qua supra lib. 1. cap. 110. III. Convolvulus major albus, C. B. Smilax lævis, Matth. Fuch. Ges. hor. 10
(cui & Convolvulus Plinii) Lac. Cast. Smilax lævis alba major & Conjugulum Catoni, Dod. gal. Smi-
lax lævis major, Lob. Dod. fol. Volubilis, Brunf. Volubilis major, Trag. Lon. Thal. Taber. Helxine cis-
fampelos, Cor. in Diosc. Convolvulus major, Ges. hor. Cæfal. Malacocissus Damocratis, Anguil. Jastone
Plinii, Dalechampia in notis in Plinium. IV. Lupulus mas, seu Volubilis foliis asperis Mesues, C. B.
Lupulus, Matth. Brunf. Turn. Lonic. Dod. fol. Cast. Cæfal. Lugd. Tab. Lupulus salictarius Fuchf. Dod.
gal. Ges. hort. Lac. Ab hoc differt Lupulus femina, foliis, quæ circa radicem non laciniata, sed tantum
incisuris ferrata & rotundiora sunt: flosculis subpallidis, qui sine fructu pereuntes in pollinem luteum
abeunt. Ut prior in sepibus nascitur. Sunt qui Lupulum marem appellant, qui steriles habet flores: &
fœminam, cui absq; flore folliculares fructus innascuntur, quod & aliis herbis, ut Spinachia, Cannabi,
tribuunt.

Mupolus ægia.

RUSCUS.

CAP. CXLI.

Rusci
confid.Pungi
topi.

Nomina.

Sylvestris myrtus, aliquibus oxymyr sine, aut myr-
tacantha, Latinis ruscum appellatur: folium fert
myrti, latius, in formam lanceæ mucronatum: bac-
cæ per maturitatem rubescunt, rotundæ, à medio fo-
lio dependentes, osseo intus nucleo: cubitales ramu-
li ab radice exeunt, vitilium modo lenti, fractu con-
tumaces, foliosi: radice graminis simili, acerba, & sub-
amara. Folia & bacce in vino potæ, urinam cient: men- 30
ses pellunt, vesicæ calculos frangunt, stillicidio urinæ
medentur, dolores capitis sanant, & regium morbum.
In asperis, & præcipitibus locis enascuntur. Deco-
ctum radices in vino potum, eosdem præbet effectus.
Cauliculi recentes, asparagorum vice in cibo sumun-
tur: amari autem sunt, sed urinam movent.

Ruscum officina corrupto nomine ex litera additione Bru-
scum appellant. Nos vero, quod arceus muribus is aptis-
simus sit, si salitis appensis carnibus funiculo circumligetur, 40
Pungi topi Herrusca lingua dicimus. Germinat hic vere
asparagi modo, turionibus tamen brevioribus, crassioribus, hir-
sutisq;: qui elixi manduntur ex oleo, sale, & aceto. Excal-
facit radix, siccat, aperit, abstergit, extenuat. Ceterum, quod
non obscure amarorem gustui relinquunt, in medicamentis po-
tius, quam in cibis expetuntur: sunt enim cienda urina, ape-
riendisq; obstructionibus perquam idonei. Græci, quod foliis
sit acutis, & myrtum amuletur, oxymyr sine, hoc est, acuta
myrtus appellatur. Ea Græci μύρτιν ἀγία & ὀξυμύρτιν vo-
catur, Latinis, Ruscus, & Myrtus sylvestris: Arabibus, qui Cu- 50
bebas cum rusco confundunt, Cubebe: Italis, Rusco & Pungi
topi: Germanis, Brusck: Hispanis, Jus barba, & Gil barbera:
Gallis, Brusco, Brus.

Ruscus, Matth. Trag. Cord. in Diosc. Ges. hort. Lac. Lob. Lugd. Cæfalp. Taber. Camer. Ruscus ve-
rus, Lonic. Ruscum Dodo. gal. & fol. Myrtus sylvestris. Turn. Myrtacantha & murina spina, Lob. in
icon. Centromirini Theophrasti, & Oxymyr sine, Anguillara.

Δάφνι ἀλεξανδρῖνα.

LAURUS ALEXANDRINA.

CAP. CXLII.

a Mem
co misis.
i. in me-
dis.

Laurus Alexandrina folio est rusci majore, molliore, & candidiore: semine a inter folia rubro, ciceris 60
magnitudine: ramos spargit in terra dodrantes, interdum longiores: radice sylvestri myrto simili,
majore, molliore, odorata: invenitur in montosis. Difficiles partus accelerat, radice pota sex drachma-
rum pondere in vino dulci, & stillicidio urinæ auxiliatur, sed sanguinem extrahit.

Lauri
Alexan-
drinae
confid.

Si laurum Alexandrinam, & Hippoglossum unam & eandem plantam esse sensisset Dioscorides, ut quidam existimant,
nulli quidem dubium est, quin supervacuum erat, de hisdem seorsum, diversis atq; etiam proximis capitibus Dioscori-
dem differere: vel nullam earum notis, & viribus reperiretur differentia. Sed quoniam eas seorsum tanquam diversas re-
tulit, diversasq; utrisq; notas assignavit, idcirco has plantas inter se differre dicatur, necesse est. Nam etsi utriq;
folia